



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

De Indifferentia circa exercitia, & Ministeria Religionis. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

rentiæ, si, verbi gratia, vni loco ita esse affixus, vt non eandem sentiret facilitatem & promptitudinem, si superiorum mandato, aliò migrandum esset, pollerem in tanta incommoda & pericula incidere, quanta in contrario defectu Indifferentiæ comprehendi diximus. Vt igitur hoc caput absolua, precor omnes Religiosos, vt in hac sancta Indifferentia acquirenda ita elaborent, quemadmodum rei ipsius necessitas postulat.

CAPVT XVI.

De Indifferentia circa exercitia, & Ministeria Religionis.

Indifferens prætere acesse debet Dei seruus circa omnia Religionis exercitia ac ministeria, eaq; acceptare & exercere magna animi præpitudine & alacritate, quæ sibi fuerint iniuncta, non lucrum vel lum aut proprium gustum, sed solum Dei seruitium, bonumque commune spectando aut quærendo, memor dicti S. Basilij, cum ait: *Quidquid quisque ex propria voluntatis arbitrio facit, id cum facientis proprium sit, alienum est à cultu Dei. Et alio loco: Amantem sui ipsius esse quis agnoscat, si, que facit, commodi sui causa facit, licet quod fiat, ex mandato sit.*

S. Basil.
Reg. bre-
uior 138.
Idem Re-
gul. bre-
uior. 54.

Quapropter quanto minus de nostro in glo-

electione ministeriorum & executione, quæ nobis mandatur, interuenit; tãto plus quod Deũ nostrũ meriti cõsequemur, eius- que cõmunitatis, in qua uiuimus, admini- strationem reddemus faciliorem. Nihil est enim quod tam superiorem in rerum ad- ministracione molestat, subditosque per- turbet, & inquietudinis damniq̃e spiri- tualis occasionem suppeditet, quàm si religiosus pertinaciter illa ministeria affe- cerit, ad quæ non est aptus: aut recuset, vel inuitus suscipiat ea, quæ tanquam sibi ma- gis cõuenientia & consentanea à superio- ribus imponuntur.

Pro hac re tanti ponderis confirmanda nescio, quodnam euidentius argumentum, adduci possit, ipsamet experientiã grauif- simorum damnorum inde quotidie emer- gentium; & eo, quod D. Basilius, huius rei experientissimus, diuersis in locis indicat. Interrogat enim quo morbo laboret ille, & an tolerandus sit, qui quotidiana exer- citia sibi à superioribus imposita, exercere recusat, his verbis respondit: *Qui huiusmodi est, is est contumax, & sibi metipso placens, & infidelis est.*

Interrogatus iõem, an Religioso mini- steriũ sibi à superioribus assignatum recu- sare, atque aliud postulare licitum sit: ita

D. Basili.
Reg. bre-
uior. 117.

ita respondit: Cùm obedientia vsque ad mortem seruari debeat, qui, quod sibi assignat est, recusat, & aliud ab eo diuersum exquirat, primum hic omnino obedientiã violat, & operam declarat, nequaquam seipsum abnegasse, tam etiam aliorum complurium malorum cum sibi tùm alijs auctor existit.

Cassian.

lib. 4. In

stit. c. 14.

Huic S. Basilij sententiã adiungi potest illud Cassiani, quod refert de SS. Patribus religiosis Scithi: Inter quos, inquit, nunc peculiare opus, non dicam affectu, sed nec cogitatione quidem ab aliquo penitus affectuatur. Hinc manifestè colligitur, quanti semper habita fuerit apud antiquos Patres, hæc sancta Indifferentia, & quàm procul ab sint, quàmque parum obligationi sui professionis satisfaciant illi, qui in electione exercitiorum nõ se superiorum, vt decet, voluntati accommodant, sed illam quasi vi quadam in suam trahunt voluntatem contra omnem rationem ac regulam boni regiminis. Quoniam autem eorum doctorum, quos pro nostra sententia adduximus, tanta est auctoritas, vt absque aliorum rationibus cuius prudenti, atque à contumacia alieno satis persuadere possit huius indifferentiã præstantiam, vt eã toto cordis affectu amplectatur, in illa pluribus commendanda diutius hic non immorabor.

• CAPUT